

Sermo**D**ominica quinta post pascha**E**pistola. Jacobi primo.

Rarissimi. Estote factores verbi et non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi et non factor. hic comparatur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se et abiit: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perpererit in lege perfecte liberatus et permanerit in ea: non auditor obliuiscus factus: sed factor operis. hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosus esse non refrenas linguam suam: sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud deum hec est. visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. et immaculatam se custodire ab hoc seculo.

Euangelium Iohis. xvi.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite et accipietis: ut gaudium vestrum plenum sit. hec in puerbis locutus sum vobis. venit hora cum iam non in puerbis loquar vobis: sed palam de patre annuntiabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. et non dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos. quia vos me amastis

teragesimusquartus

135

et credidistis. quia a deo exiit. Exiit a patre et venit in mundum. Iterum relinquo mundum et vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris et puerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia: et non est opus tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quod a deo existi.

Sermo. lxiij. de euangelio.

Petite et accipietis ut gaudium vestrum sit plenum. Item in hoc euangelio specialiter nos hortatur dominus ad orationem. Et quia ipse noster est aduocatus: instruit nos quid petere debemus. et ostendit petitionem nostram a patre qui in celis est admittere debere. Quod petitio nostra admittenda sit: ostendit cum ait. Petite et accipietis. Quid autem petendum sit. determinat cum subiungit. ut gaudium vestrum sit plenum. Dicit ergo. Petite et accipietis. Ad hoc autem ut petitio vestra tanto domino porrigenda sit bene formata: multa sunt necessaria.

Primo ad hoc ut digna sit exaudiri ad meritum necessaria sunt tria. scilicet fides. spes. et caritas. Unde magister hugo de sancto victore. Oratio est deuotio ex punctio. preuens. fide. spe. et caritate subnixta. non enim homo per deuotionem ad deum se conuerteret: nisi crederet ab eo posse saluari. et speraret eum velle misereri. postremo deus cuius petit refugium plus diligeret. Ex his verbis patet quod ad hoc ut oratio sit meritoria exigitur ut orans credat quod deus sit sibi me potes

s. iij.